Universitätsbibliothek Paderborn

Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

XIX. De variis bellis, quae tum in Italia, tum in Perside gesta sunt regnante Theodosio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Visual Library

quoque Plephium dicitur, venuſte ac magnifice à ſolo inſtauravit, atrium relinquens in medio. Zoilus vero regiam porticum ædificavit, quæ ad meridianum latus porticus Ruffini ſita, ad noſtram usque ætatem vocabulum ejus retinuit, licet ob varias calamitates ſæpius mutata fuerint ædificia. At Calliſtus magnificum & illuſtre opus conſtruxit, quod tam veteres, quam noſtræ ætatis homines Calliſti porticum appellarunt: Ante baſilicam, in qua jus redditur: è regione fori, in quo ædes eſt magnificentiſſima, prætorium Magiſtrorum militiæ. Poſt hos Anatolius Magiſter militum in Orientem miſſus, porticum illam, quæ Anatolii dicitur, ædificavit, & omnis generis materia eam exornavit. Sunt hæc quidem aliena à propoſito noſtro: ſtudioſis tamen non invenuſta videbuntur.

A πᾶς τε καὶ περιέργως τὸ καὶ πρὸς ἡμῶν ψηφ[ίον] ὀνομαζόμενον, ἐξ ἐδάφους ἀνοικοδομήσας, ... θριον αὐλὴν κατὰ τὸ μέσον ἐάσας. ζωίλος ... τὴν βασίλειαν στοὰν τὴν πρὸς τὸ νότιον τῆς ... φίνου πλευρᾶς, μέχρις ἡμῶν τὴν τούτου προσηγορίαν διαδεξαμένην, εἰ καὶ τὰς οἰκοδομίας ἐκ τῶν ποικίλων παθημάτων ἐνήλλαξεν. ἀτὰρ καὶ κάλλιστος μεγαλοπρεπῆ καὶ περιφανῆ οἰκοδομίαν ἀνίστη, ἣν καλλίστου στοὰν οἵ τε παλαιοί, οἵ τε νῦν ὀνομάζουσιν, πρὸ τῶν ἑδῶν ἃ τῇ δίκῃ ἵδρυνται, ἀντικρὺ τοῦ φόρου ἡ B περικαλλὴς οἰκία, τῶν στρατηγῶν τὰ κατάγια. μετὰ τούτους ἀνατόλιος αὖ στρατηγὸς τῶν ἑῴων ταγμάτων πεμφθεὶς, τὴν καλουμένην ἀνατολίου στοὰν οἰκοδομεῖ, παντοδαπαῖς ὕλαις ταύτην διακοσμήσας. ταῦτα εἰ καὶ πάρεργα, τοῖς φιλομαθέσιν οὐκ ἄκομψα.

Cap. XIX.

De variis bellis, quæ tum in Italia, tum in Perſide geſta ſunt, regnante Theodoſio.

EJusdem Theodoſii temporibus crebræ in Europa Tyrannorum rebelliones extiterunt, dum Valentinianus Romæ imperium adminiſtraret. Quas Theodoſius oppreſſit miſſis ingentibus auxiliis, tam pedeſtris, quam navalis exercitus. Perſas quoque inſolentia elatos, quorum tunc rex erat Isdigerdes pater Vararanis, ſive, ut Socrati placet, Vararanes ipſe; usque adeo ſuperavit, ut pacem ipſis per legatos poſcentibus concederet, quæ ad duodecimum annum Imperatoris Anaſtaſii permanſit. Quæ res tum ab aliis Scriptoribus proditæ ſunt: tum ab Euſtathio Epiphanienſi Syro admodum eleganter in compendium ſunt redactæ. Qui quidem Amidæ quoque urbis expugnationem ſcripſit. Eodem tempore Claudianum ac Cyrum poetas floruiſſe perhibent. Ex quibus, Cyrus quidem ad ſupremum Præfectorum culmen pervenit, quam dignitatem majores noſtri præfecturam prætorii appellarunt. Fuit etiam Magiſter militum in Occidente, quo tempore Carthago capta eſt à Vandalis, quibus præerat Genſerichus.

Κεφ. ιθ'.

Περὶ πολέμων διαφόρων, ἰταλικῶν καὶ περσικῶν, οἳ ἐπὶ θεοδοσίου γεγόνασι.

ἘΝ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις θεοδοσίου, ἐπαναστάσεις συχναὶ κατὰ τὴν εὐρώπην γεγόνασι, οὐαλεντινιανοῦ ῥώμης βασιλεύοντος· ἃς καὶ C καθεῖλε θεοδόσιος, μεγάλας δυνάμεις ἐκπέμψας κατά τε γῆν καὶ θάλασσαν, πεζικῷ τε καὶ ναυτικῷ στρατῷ. οὕτω δὲ καὶ περσῶν παρανομησάντων κεκράτηκε, βασιλεύοντος αὐτῶν ἰσδιγέρδου πατρὸς τοῦ οὐαραράνου, ἢ ὡς σωκράτει δοκεῖ, αὐτοῦ οὐαραράνου βασιλεύοντος· ὡς καὶ πρεσβευσαμένοις αὐτοῖς εἰρήνην χαρίσασθαι, ἣ καὶ διήρκησε μέχρις δύο καὶ δέκα ἐτῶν τῆς ἀναστασίου βασιλείας. ἅπερ ἱστόρηται μὲν καὶ ἄλλοις, ἐπιτέτμηται δὲ εὖ μάλα κομψῶς καὶ εὐσταθίῳ τῷ ἐξ ἐπιφανείας τῷ σύρῳ, ὃς καὶ τὴν ἅλωσιν ἀμίδης συνεγράψατο. τότε φασὶ καὶ D κλαυδιανὸν καὶ κῦρον τοὺς ποιητὰς ἀναδειχθῆναι· κῦρον δὲ καὶ πρὸς τὸν μέγιστον τῶν ὑπάρχων ἀναβῆναι θρόνον, ὃν ὕπαρχον τῆς αὐλῆς οἱ πρὸ ἡμῶν κεκλήκασι· καὶ τῶν ἑσπερίων ἐξηγήσασθαι δυνάμεων, καρχηδόνος ὑπὸ βανδίλων κρατηθείσης, γιζερίχου τε τῶν βαρβάρων ἡγουμένου.